



promissionem heredes & ad hoc ex lapidibus suscitati ut simus filii abra-
ham. In xpo ihu dno nro cuncta gloria & imperium in secula seculorum.
EXPLICIT ORNELIA VICESIMA SECUNDA.

INCIPIT VICESIMA TERTIA DERATIONE SORTIUUM UBI SEPTUO TRI-
BUS CAPIUNT HEREDITATEM.

IN consuetudine quidem hominum cum aliquid sorte diuidatur fortu-
tuo uidetur fors illa ad illum uel alia ad alium cedere. In scriptura autē
scā non ita est & ali quoties querebam apud memet ipsum si dēre tanta
ac tali patres scī sortibus inditum commisissent. quod si esset apud scōs
ita gestum. iam de alus hominibus uel gentibus nihil mirum uideris
similiter haberetur exitum in his quae a scīs dicuntur sortem diuisam.
sed uideamus si sorte in scripturis aliquid inuenimus esse positum.
quod nobis inquit uirtutis contineatur in sortibus manifestet. Incipi-
amus igitur a leuitico ubi scriptum est. & accipient inquit duas sortes
sortis una dno. & sortis una apud pompeo. hoc est transmissori. & super
quem cumque uenerit sortis apud pompeo. accipient hircum illum & ab-
ducent illum in locum heremi uiuum & dimittent illum in dimisionem
suam. Alium uero hircum immolabunt dno & reliqua quae ibi sunt que
utique sciunt qui legunt. & iterum ibi moyses sortem diuisit tribui ruben
& tribui gad & dimidiae tribui manasse quae poposcerant trans iordanem
accipere terram illam quam poposcerant filii israhel. Dedit autem
illi israhel secundum preceptam dno chaleb filio iephonae & tribui iuda sor-
tem. Dedit autem effren & illi quae super erat tribui manasse. & post
haec congregauit in ecclesia filios israhel & dixit. mittam sortem & pre-
feram in conspectu dno si prius describentes terram. ut tuleritis mihi
descriptionem eius. & ita post haec sortibus missis hereditas populo di distri-
buitur & agitur sortis ista non fortuito sed secundum hoc quod praedisti-